Quelle: http://manuscripta.at/?ID=39281
Copyright: Kremsmünster, Benediktinerstift



Quare ergo rubrum est indumentum
tuum: et vestimenta tua sicut calcantis
in torculari Torcular calcavi solus:
et de gentibus non est vir mecum Cal
cavi eos in furore meo: et conculca
vi eos in ira mea Et aspersus est san
guis eorum super vestimenta mea: et omnia
indumenta mea inquinavi Dies
enim ultionis in corde meo: annus re
demptionis meae venit Circumspexi
et non erat auxiliator: quaesivi et non
fuit qui adjuvaret Et salvavit mi
hi brachium meum: et indignatio
mea ipsa auxiliata est mihi ij Can
Venite et revertamur ad Dom
inum: quia ipse cepit et sanabit
nos: percutit et curabit nos Vivi
cabit nos post duos dies: in die tertia
suscitabit nos: et vivemus in con
spectu eius sciamus sequamur ut